e-codices

L ibertam ſuam. Sȝ eccum paraſitũ cuius mihi auxilio eſt opus
S imulabo q̄i non videam. ita eliciam uerum. curate iſtic vos atq;
A dproperate oculoſ ne mihi more ſit quicq̄ vbi ego intro
A duenero. cõmiſe mulſum ſtruthea colutheaq; appara
B ene ut inſtrutus concaleat & calamum inice. iam pol ille hic
A derit credo cõgero meus. SA me dicit euge. TO Lautum credo
A b alienis iam hic abſuturum. SA ut ordine omnem rem tenet
TO C ollire facite ut madeant & coliphia ne mihi incocta detis
R em loqui tũ eram nihil ſunt crude niſi quas madidas glutias
T um niſi cremore craſſo ſocias collyricum nihil ē magnum illud
E pigro cum pellucidum quaſi iure ameſſe ius decet collyricum
N olo in ueſſicam: quod eat in uentrem uolo. SA prope me hic
N eſcio quiſ loquitur. ó mi iupiter terreſtris te cepulonus cõpellatiuus
TO O ſaturio oportune adueniſti mihi. SA mendacium edepol dicis
A tq; haud te decet nam eſurio uenio non aduenio ſaturio
TO A t edeſ. nam iam intus uentris fumãt focula tale fieri iuſſi religas
SA E cquid haſ legiſ. TO vah rogas. SA ſapis multum ad genium
TO S ed ecquid meminiſti here qua de re ego tecũ mentionem feceram
SA M emini ut murena & conger nec calefierent. nam nimio melius
P ernã quidem iuſſi apponi frigidam poſtridie ita fieri iuſſi
O ppetunt frigida: ſȝ quid ceſſamus prelium cõmittere
D um mane eſt: omniſ eſſe mortalis decet. TO nimiſ pene maneſt
SO M ane qđ tu occeperis negocium agere id totum procedit diem
TO Q ueſo animum aduorte hoc enim iam heri narraui tibi
T ecumq; oraui ut nummos ſexcentos mihi dareſ utendoſ mutuoſ
SA M emini et ſcio & te me orare et mihi non eſſe quod darem
N ihili paraſitus eſt cui argentum domi id ē
L ubido extemplo coepereſt conuiuiuȝ tuburcinari de ſuo ſi quid
D omi eſt. cynicum domi eſſe egentem oportꝫ paraſitũ probe
A mpullam ſtrigilem ſcafium ſoccos pallium marſupiũ
H abeat mihi paulum preſidij qui familiarē ſuam uitam
O blectet modo. TO iam nolo argentum. filiam utendam tuam
M ihi da. SA nunq̄ edepol cuiq; etiam utendam dedi
TO N on ad iſtoc quod tu inſimulas. SA quid eam vis. TO ſcieſ
Q uia forma lepida & liberali eſt. reſ ita ē. Leno hic
N eque te nouit neque gnatam tuam. SA me vt quiſq̄ norit.

Licenza: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 204v – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/it/fmb/cb-0138/204v)